



Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

VII. Cur Chrystostomus, tām S. Episcopus, Confessionem auricularem, suo tempore non seruārit, si à Christo sit instituta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

zomenus, quod Sacerdotibus placuit institui Presbyterum aliquem, ad quem, qui deliquerant, accedentes, quae gesissent, confiterentur: Prius enim liberum erat, ex pluribus Presbyteris per Episcopum constitutis, vnum aliquem eligere; quod clarè testatur historia Serapionis apud Eusebium.

Euse. lib. 6.

cap. 44.

Obligabatur quoque pœnitentiarius Sacerdos, per hanc appendicem (ut habet S. Zomenus) ad referendum Episcopo audita peccata, maximè enormia, quamvis secreta, quæ postea ipse publicè recitabat in Ecclesia: Ait enim, Propterea ab initio visum est Episcopis peccata annuntiare, siue promulgare, quasi in theatro, teste multitudine Ecclesiæ.

Huius autem additamenti obseruatione, natum est scandalum populi, & accepta occasio saeuendi in Sacerdotes: Hoc enim facinus cognouit ex recitatione facta, iuxta illud Episcoporū additamentum, propter quod visum fuit Nestorio, quod ipsum abrogare conueniret. Nihil igitur commune habet abrogatio huius additamenti, cum abrogatione Confessionis, de qua erat antiquus ab Ecclesiis Canon receptus, ut fieret apud Sacerdotem de omnibus peccatis.

Abrogatio
additamē-
ti nihil ha-
bet cōmu-
ne cum ab-
rogatione
Confessio-
nis.

Cur Chrysostomus, tam sanctus Episcopus, Confessionem auricularem suo tempore non seruauit, si à Christo est instituta?

Quæstiō

VII.

Profe-

Caput I. De Institutione

Respoſio. PROferuntur quidē ab iis, qui Confessio-
nem peccatorum apud Catholicos vſita-
tam ferre non poſſunt, aliqua loca, quibus
pro confirmanda opinione ſua, nituntur. Ex
quibus vnum aut alterum proferemus, eiq;
claram adhibebimus reſponſionē. Peccata,
Chryſoft. ſcribit quodam in loco Chryſoftomus, tua
hom. 2. in dicio, vt deleas illa. Si confunderis alicui di-
Pſal 50. cere, quæ peccāſti, dicio quotidiē ea in ani-
Sermo. De ma tua. Non dico, vt conſitear is conſeruo
Poenit. & tuo, qui exprobret, dicio Deo, qui curat ea.
Confefſ. Peccata tua ſuper ſtratum conſitere, vt ibi
ſua mala quotidiē conſcientia tua recogno-
ſcar. Item: Nunc autem neque neceſſarium
eſt præſentibus teſtibus conſiteri, cogitatio-
ne tua, fiat delictorum exquifitio; fine teſte
fit hoc iudicium, ſolus D E V S te conſi-
tem videat. Item: Non te in ſeruorium tuorū
theatrum duco, non hominibus pecca-
ta tua detegere cogo. Repete corām D E O
conſientiam tuam, & explica.

Verū errant ij, qui dictis locis ſecretam
peccatorum Confeſſionem, apud Catholicos vſitatā oppugnare nituntur toto cœlo: Iis
enim & ſimilibus locis Chryſoftomus, non
Confeſſionis, ſed appendicis tantūm, per E-
piscopos, ob Nouati hæresim, Confeſſioni
adieſtæ, cuius proxima quæſtione mentio-
nem fecimus, abrogationē teſtatur. Id quod
ipsa verba eius, ſi quis ea penitiūs introſpi-
ciat, apertissimè docent, dum quaſi ad verba

Sozomeni

Sozomeni de theatro alludit, inquiens: Non te in conseruorū tuorum theatrū duco &c. Nequaquam igitur conscientias hominum vinculis Confessionis liberat, quibus Diuina lege constringuntur; sed gratulatur, populū liberatum esse magno illo onere, quod propter hæresim Nouati, Episcoporum constitutione Confessioni adiestum fuerat.

*An non Iacobus, scribens: Confitemi - Quæstio
ni alterutru peccata vestra; potius quam VIII.*

*Christus, Sacramentalem Confes- Iacob. 5.
sionem instituit?*

CVM tota Ecclesia Sacramentum aliquod *Respōsio.*
instituere non possit, multò minùs vñus homo, quantūmuis sanctus. Ideoque dictis verbis non tam institutam à Iacobo & præceptam Sacramentalem Confessionē, quam eam, quæ pridem à Christo ipso instituta es- set & præcepta, promulgata, recte viri quidam pij & docti existimauerunt.

Neq, mouere quenquam debet vox hæc, alterutrum, ut putet eam ad Sacramentalem Confessionem, quæ Sacerdoti fit, referri nō posse. Vir fuit excellens & doctrina & vitæ sanctimonia Hugo de S. Victore, Bernardi aequalis: Is cùm adduxisset hunc locum Iaco- bi: Quid est, inquit, alterutrum? Ac mox respondet: Non solum homo D E O, sed in- ter vos alter alteri, homines hominibus, oues

Hugo libr.
2. de Sacra
mētis, par-
te 14. ca. 1.

pastori-